



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 66. Lusitaniæ Regis Filia Cæsari nupta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

Sæc. XVI. tum Urbinatis Dux non modo non pro-
 A C. 1526. hibuit, sed ipsus etiam inde secessit; quo-
 circa Fronsbergius nemine obluctante
 ad Mediolanensem ditionem propius
 accedens, terrorem ubique diffudit, de-
 nique Mense Decembri ad finem vergen-
 te hujus Ducatus fines ingressus, ibi-
 dem Borbonii Ducem proxime accessu-
 rum præstolatus est.

§. LXVI.

*Lusitanæ Regis filia Cæsari
nupta.*

Dum Italia his interim tumultibus agitabatur, Imperator Procuratoris sui ministerio usus, Ulyssipone Isabellam Emanuelis Lusitanæ Regis Filiam uxorem duxit; cum vero præfens rerum vicissitudo promptam hujus connubii executionem suaderet, Carolus Ant. de Vera hist. de Charl. Sponsam peractis mox hisce solemnibus V p. 128. & in Hispaniam duci jussit. Igitur illa 129. Mensa Februario Ulyssiponensi portu solvit, comitantibus eam utroque Principe Ludovico, & Ferdinando ejus fratribus, qui unacum pluribus primæ Nobilitatis Lusitanæ Viris ad Castellæ fines processerant; sequebantur eos itidem Ulyssiponensis Archiepiscopus, necnon duo regni Proceres. Obvios misit Cæsar Toletanum Archipræfulem, Calabriae

*Ant. de Vera
hist. de Charl.
V p. 128. &
129.
Sleidan. in
comm. l. 6.
p. 172.*

briæ, & Beiaræ Duces, præter centum Sæcul. XVI.
 Nobiles. Concurrebant quoque tam Cæsar A.C. 1526.
 quam Regis Legati in utrius-
 que Regni finibus, ubi Ludovicus So-
 rorem suam Archiepiscopo, atque am-
 bobus Ducibus consignavit, his verbis
 usus: *Nomine Lusitanæ Regis Domini ac*
Patris mei trado vobis Imperatricem Soror-
rem meam. Dum hæc agebantur sole-
 mnia, Imperatrix equo insidebat, ceteris
 omnibus penes illam stantibus; ambo
 autem ejus Fratres ex utroque latere
 equi frænum tenebant. Absoluto Lu-
 dovici sermone ambo Calabriæ & Beia-
 ræ Duces Imperatricis equum loris tra-
 hentes Ludovico respondebant hunc
 in modum: *Recipimus Cæsaream Maje-*
statem tuam nomine Imperatoris Domini
nostri.

§. LXVII.

*Sponsæ adventus in Hispaniis, ejusque
 colloquium cum Cæsare.*

His ita peractis Imperatrix inde pro- *Ant. Vera*
 fecta Hispalim pervenit, ubi Cæsar *t. cit. p. 129.*
 adventantem præstolabatur, comitanti-
 bus illum sexaginta Hispaniæ Proceri-
 bus, otto Episcopis præter plusquam
 trecentos primæ Nobilitatis Viros.
 Præcesserat biduo ante Joanna illius Ma-
 ter, quam quadraginta Nobiles Matro-
Hist. Eccles. Tom. XXXV. I næ